



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

Tituli Capitulorum Partis I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

illa omnia distribuerem, meque ipsum insuper pro vestrarum animarum salute impenderem. Quippe quoniam me ipsum a vestræ sanctitatis studio cupio & spero corroborari super eo, in quo Dominus Deus nos operarios constituit. Et multa, quibus onus pontificatus exponit, subdidit: Idcirco humiliter, quasi indignus, sed deuotus, precor & hortor sanctitatem vestræ, ne tepide & negligenter in regimine animarum conuersemuni, vt non in tempore tremenda vindictæ conqueratur de vobis Dominus, dicens:

*Pastores non pascebant gregem meum, sed semetipos.* Et iterum: *Principes extiterunt, & ego ignoraui.* Sed potius curesmus familiæ Domini, super qua nos constituit rectores, cibum dare in tempore suo, mensuram tritici, probatam scilicet doctrinam. Et quamuis meritorum qualitate non præsumam consolari & hortari quemquam, quippe qui solus indignus, & innumerabilium culparum reus, gaudeo & indigeo fraternalis admonitionibus fideliter corroborari, tamen propter antiquam auctoritatem prædecessorum meorum, beatæ scilicet memoriæ Augustini, & aliorum sanctorum, quorum studiis regula Christianitatis; primum de hac archiepiscopali sede cunctis finibus Anglorum innotuit; idcirco istos diuinos apices ad utilitatem omnium vestrum caraxare decreui, quatenus rex augustissimus egregio vocabulo Edmundus cum omni populo suo imitari gaudeat, quod in nobis & ex nobis audiatur, omnesque gentes, quæ vnde regali imperio ipsius subiectæ sunt, titulos liquidæ nostræ conuersationis ouanter sequi ament & delecent.

*Ezech. 34.*

CIRCA  
ANNVM  
CHRISTI  
944. L E G E S E C C L E S I A S T I C A E  
EDMVNDI REGIS ANGLIÆ A SÆCVLARIBVS  
S V I S S E G R E G A T A E.

## TITVL CI CAPITVLORVM PARTIS I.

- |  |   |
|--|---|
| I. De vite castitate eorum qui sacerdos initiantur.                | IV. De eo qui monialem stupravit,<br>& de adulterio.            |
| II. De decimis & censu ecclesiastico, sive primitiis seminariorum. | V. De fani instauratione.                                       |
| III. De homicidio.   | VI. De peierantibus, & iis qui barbaras factitarunt sacrificia. |

H iii